

Minime dolet, non poenitet: & pertransit hominis tantum imago, dum crimen diligit; quia in imagine & specie sine dolore pertransit. *Conturbatur, sed frustras* quoniam propter futilia, imò animæ nocumenta. Erga perditionem & sollicitus & præ sollicitudine conturbatus. Caduca dementer appetit, æterna fastidiosè despicit, atque profectura proterit. Per id quod pravus cogitationibus stulte eligitur, in æterni supplicij tenebras mergitur. Hæc enim in imagine vacua, dicitur conturbatio, sed frustra; quoniam minime conturbationem excitavit poenitentia: etenim conturbatur (hominis abolito caractere lethali crimine) pro obsequiosa demonis servitute; cum conturbari deberet pro formæ restitutione.

Psal. 4.1.

Luc. 2. 25.

Quib. mo. ve. rus, & homo stultus

Crucius

Plin. Hominis in africa singulari.

15 *Filij hominum*, homines sæpe vocantur in Scriptura, ut latè diximus in litera exposita. Si filij hominum sunt, quare non dicuntur homines? Homo est, cuius in lege hæret cor. *Homo erat in Ierusalem, & homo iste infusus.* Claret in homine ratio: quippe iustus, erat homo. Homo est, qui uti rationalis utitur proprietate: non homo, homo qui deficit à ratione. Homo est, qui divinis obedit legibus: non homo qui subditur voluptatibus. Homo est, qui Dei custodij præcepta: non homo, cuius abdicat nequitia; sed sicut equus & mulus, cuius non est intellectus. Homo est, qui rationis sequitur legem; non homo, qui prolubij vanitatem. Unde cum homines gravi corde, & quarant mendacia, & adorem idola, quia considerent perire, dum illa pereunt; odisse, si concupiscunt: proijci ab illecebris, cum mulcent: arduos sane, quum voluptates ardent; homines filij hominum dicuntur dumtaxat propter originem, quippe solùm sunt homines iuxta exteriorem imaginem, atque corporis speciem. Ita nequam habens hominis figuram. Vanitati similis factus est: equidem signat species eius vanissimum; & per dilectam dementia, in vanum prostrum accepisse animam. Crucius hic accinit:

Ille ut imago levis, volucrique simillima forma.

*Fatigat animum, anxium laboribus.* Plinius, lib. 7. cap. 2. *In Africa solitudinibus* (inquit) *hominum species obvia subinde fiunt, momentoque evanescent.* Hæc atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. In pravus videtur vera, quæ Plinius credit ut miracula à natura ingeniosa; sed non

naturæ, veritatem rationis ludibria: igitur in momento temporis homo inanis evanescit; quippequam scelestus in imagine pertransit. *Astrue Sapiens; Persona tristes apparentes.* Tristes persona, idest, hominum larvæ. Erant species non homines, deficiente præ criminibus gratia, quæ rationalis in homine formæ forma. Ita ergo in vita dumtaxat persona larvæ; quia misere transiens pertransit in imaginis speciem.

*Deformes animas vulgus inane ferebat.* Hi qui: *Dæmones* dicuntur vel ab Ethnicis. In figura hominum non sunt homines; cæterum adinstar patris, etiam descendunt in infernum viventes.

16 *Domine eduxisti ab inferno animam meam;* gratias agens, lachrymis præ gaudio, dicit David. Quando eius in infernum descendit anima, ut de barathro designetur educta? Quo igitur tempore Orcum perpeffus David? Quando lubricè prolapsus deprerit Bethsabe. Tunc delapsus in culpam, sed non in inferni flammam. Levis sanè cogitatio: quouique eductus à culpa, fuit in inferno. Si crimine filius diaboli factus, suscepit Orcus: & priusquam ab inferno susceperetur, in infernum suscipitur; quippe adinstar dæmoniorum, totum inferni pondus ferebat secum. Fuscè articulum tractavimus, *Tom. 4. T. 6. D. 4.* Sursùm & deorsùm est infernus, quantum criminis fit diabolus. In mundo ascendit in hominem: homo post descendit in ignem: igitur quæ patitur deorsùm; uti dæmon, ubique patitur fuscùm. Innuicetur, ni fallor, in verbis, quæ de Iuda dixit N. Afferor. *Unus vestrum diabolus est.* Est? Erit. Est, quippe eius perversum cor involutum in peccata profundissima nequitia. Erit, quod est: est, quod erit: liquet. Diabolus ubicumque dolores inferni patitur: & quando proditor vivit, diabolus à Christo dicitur; quia degens etiam in mundo, cruciabat in inferno.

17 Est ne effugium? Utrique, mutatione voluntatis, in spectabilem restitutionem rationis: equidem dæmonis in homine expungitur inferni sigillum, modò amor peccati convertatur in odium. *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana;* alloquitur Paulus Corinthios. Unde & quomodò in hominibus nisi humana? Diabolica. *Humanum quidem est, tentationem in corde perpeti: dæmoniacum vero in tentationis certamine, atque in operatione superari;* inquit Gregor. Magn. 1. *Passor.* cap. 11. Seu potius perseverare. Calie ut homo

Sapient 17.4.

Ovid. 2. Fag.

Psal. 39. 4.

Peccator est in mundo & in inferno.

Ecclesi. 5. 8.

Ioan. 4.

1. Cor. 10. 13.

Greg. Mag.

Quando in homine peccatum diaboli

Bernar.

S. Benc. Poenitentia redit in forma

Pruden.

homo, qui ut fragilis cadit, sed dolore fe ad demissa convertit, & ex corde respiscit. Cadit ut diaboli filius, si perillit, atque defendit impudent seelus; quasi quippe à se vel semel factam, esset licitum. Ita dæmon in peccato perillit, quia semel ætense: Paulusque monet, si in tentatione aliquando peccatum, non fieri dæmonum; quoniam perillitenti in culpa, homines fragiles convertuntur in dæmonia: igitur hominis obscurata & obærcata ratione, fragilitate constante, abest constitutiva conditio, ubi immutabilis factus in peccati atque criminis proposito. *O detestanda lætitia* (ait Bernardus serm. de Sept. vicul. Egypt. n. 9.) *& in sompiti doloris tristitiam demutanda!* Hic peccator demersus est & absorptus: claudit super eum puteus os suum. Constat, in profundum peccatorum venisse, quia contemnit poenitere: in dæmonemque convertitur, quia mutabilis conditione non mutatur.

18 Ex hac voluntaria conditione & cordis perversitate, qui dæmonis suspicte per nequitiam filtrationem; valet conversus exerebre servitutum. *Declinantes in malum & inutiles factos, Deus parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est & expectat nos converti in melius:* insit N. Patriarcha, *Regul. Sanct. cap. 7.* Diabolus factus homo, quia in deterius mutatio. Vita & mors in manibus eius sunt. Potest corrugere, sed potest surgere: in formamque propriam hominis ipse restituetur homo; modò in melius sit conversio. Pridem per peccatum ipse alius, verum per poenitentiam alter ipse. Dicebat Cyprianus poenitens, sese in peccatis relinquens, apud Prudentium in *Peristeph. vers. 3703.*

*Fio Cyprianus alter.*  
*Et novus ex veteri, nec iam reus & nocens, ut antè:*  
*Corpora candor habet.*

DIDASCALIA IV.

Quanta anima trepidatio, qualis exitus in exitu!

MULTA in Littere Expositione, diximus de conditione humane fragilitatis: modo aliquid delibandum de cogitatione conditionis: plerique sanè exipitant in huiusmodi itinere; quia nullus est, qui cogititer corde. Diximus loc. cit. n. 7. illud ex Berardo:

Unde *superbis homo, cuius conceptio culpa, Nasci pœna, labor vita, necesse mori?* Misera profectò fors, cuius pœna nasci, labor vivere, necessitas mori, & tota in huiusmodi articulis pœna, orti ex suppositione ab indeclinabili culpa. Hæc calamitas? & summa: verum præmittitur maxima. Non est, quod natura conditione fragilis, vita per labores corruptibilis, cum necessitate mortis, sed quia in morte nescitur quando, & eius etiam ignoratur conditio. Non est nostrum, momenta nosse, quæ pater posuit in sua potestate. Unde licet gravis ad mortem nescientia temporis; angit vehementius in morte conditio mortis. Sunt enim præfata tormenta sine tormento, si ingella mentibus huiusmodi cogitatio. Quid erit? Quid non erit? Quid poterit fieri? Quid fieri non poterit? Exitus acta probabunt. Expectavimus ad exitum: Angor vel in vite possessione. Heu! quantus in vitæ sine! Quo cadet arbor, iacebit. Quid marcescens, postici securi tremefacte istu continuo rodita; corruens etiam ipso tempore, quo floruit? Quænam acta in fructus? Quinam fructus in exitu; ubi sine operibus totum opus? Angustia undique, & crudelioris mortis acervitate: etenim graves, quæ dulces & summe suaves, præteritæ amaritudines. Quanta in cogitationem diritas! O momentum, à quo æternitas! Irrequieta semper cogitatio non stat in eodem vestigio. *Ad occupatos* (inquit vel Ethnicus, de *Brevit. vita*, cap. 10. *presens pertinet tempus: quod tam breve est, ut arripit non possit, & idipsum districus in multa subducitur.* Anima utique turbata valde. Cæterum hæc usquequo? Erit ne nonnumquam sic? Cogita, unde venis, & erubescet. Quo itas, & ingemisce. Quo vadis, & expavesce. Quo iturus, & contremisce. Hinc veniunt sagittæ, quibus in bonum ex malo vulnera cordi. *Homo natus de muliere:* dicit nostra Tautologia. Patet ad cuncta præfata calamitatum origo; quibus cognoscitur, estò invite, quid sit homo.

Bernardus

Quam miserabilis homo & unde?

Et quod ignoratur Tempus, & mortis conditio summe affligitur homo

Maximè & quare in mortis articulo?

Seneca

Iob. 14. 1.

Genius Alexandri in illa conditione

Ipsera cinere, videbatur sine pondere, levior plumâ in flatera: equidem ita lapillus pretiosus respectu nihili, inventus est minus habens; quin essent filij hominum mendaces in flateris. Erat quippe tam vanum quod pretiositas in pulvere ponderabat; ut in pondus, gravius esset, quod non erat: etenim si vanum, quod vanum, & vanissimum pretiosum; gemmæ quibant cyanidæ Alexandro fastoso conferre premium; ut deciperent ipsi de vanitate in idipsum. Refert Raulin. *Itiner. Mort.* cap. 1. Quod planè fictum, deserviet in documentum. Vetusitas, ut ait Martialis *lib. 9. 36.*

Mart.

*Plurima dum fingit, sed quasi vera refert.*

Hominis vanitas evanescit pulvere.

Hæc pretiosissima gemma significat hominem, sensibus atque potentis mirabiliter potentem. Singulari pretiositate æquivaleret orbi, concessa, Conditoris munere, super cuncta dignitate. Hic totum cæli pondus & studium: totum ponderis momentum. Totum pondus! Nihil amplius: verum in tanta felicitate, dexteritate fortunæ; quantumvis vanus, si levi aspergitur pulvere, invenitur sine pondere: summæque fragilitatis conditio, quæ à levi rapturæ vento, & nihil ex pretiosioribus sit; siquidem homo vanitati similis factus est. Conchæ margaritarum in mari Adriatico florent, rubent, rosco colore multiplici lumina amœnant, voluptatem titillant, appetitum impellunt, voluntatem alijcunt; desideria mulcent, vota movent, affectus conciliant, & coloribus visis ita delectant; ut nil ultra sit aspectu delectabilius, nec voluptuosius; quandoquidem dum conspiciunt, conspicientes obstupescunt. Aviditas extendit manum, ceterum frustratur votum. Impellitur pectus, sed hæret animus. Inquiret, sed erubescit: habet in manu, sed friget: igitur patulâ lucidâ conchâ; invenitur tota vacua, vento plena, colores & colores, speciem Iridis, pulchritudo picturata; verum sine margarita, quod totum pondus ventus & ventus, atque concepta speciositas, vanitas ad luminis reflexionem, & non aliud nisi vanitas.

Concubitorum vanitas Adriatici.

3 Hoc habet homo natus ex muliere; & de illa natum cognoscitur vanitate, intendens dumtaxat in coruscantem speciem, & in fastum ac superbiam æstimationis colorem; sed sine pondere: cum solummodò par, reputari pretiosum, quod ponderis sit ad exitum: igitur instante in rationem morte, in momento libræ, ut

Homo quod speciositas vanitatis humilis.

constet quid sit momenti; iusto libramine, quicquid pretiosum separatur à vili, actibus nudis, pellucido velamine veritatis, quin valeant, ut prævaleant in causa amœnissimi colores. *Nolite fieri sicut hypocrite:* dicit discipulis N. Alertor. *Fieri?* Hypocritis vitium est, quo deauratur vitium, ne pateat odium, proposito vanitatis, votoque conciliandæ æstimationis. Dolus est; quo decipiuntur, splendorem micantes, post iuste propter dolum illudentes: etenim inquirentes avidè in virtute virtutem, voto frustrati virtutis tantum inveniunt colorem. Ita se gerunt. Decipiunt, vel decipiuntur? Utrumque. *Fieri*, voluntatis est, iucundissimo errore: Christusque in hypocritis commendat, *Nolite fieri*; ne pateant in ludibrium, ubi sollicitant plautum: siquidem allicentium in splendorem virtutis, tota species apparet propter colores, species, *Nolite fieri*. In entitate stat virtutis momentum, haud in apparentia coruscantium radiorum, quibus fulgere videntur dum obumbrantur: unde cum picturata luce tenebris allucinantur; dum alios apparenter decipiunt, sese veraciter fallunt, deieci in labyrinthum errorum, ex quo nullum habent exitum: igitur inter pravas seductiones maior dolus; quo ipsi placent colore decipere semetipsos. *Nolite fieri*. Cognoscit spiritus hominis qui in ipso est quid molitur cogitationibus; cor: ubi intercesserit internum ignorantia fugit in cognitionem utilis scientia, cuius absentia errore occupante cerebrum; constat, non habere spiritum (Vernaculè: *Que no riennen alma*) unde tota ruina, quippe virtus figurata: quandoquidem non solum alios, sed semetipsos decipiunt; quoniam se ad exitum coloribus non cognoscunt. *Nolite fingi*: dicit Bernard. ferm. in *Capit. i. ian.* n. 5. Finge, vel fingere: Utrumque periculum in errore, sed maius fingi. *Fingere* est dolus, quo insidiantur aliorum cogitationibus. *Fingi*, insidiæ in sententium nocentissimos conatus. Illud est, decipere: hoc verò, decipi: dicitur Christus *Nolite*; quoniam delirium summum decipi velle: sed maius (quod grave ab alijs) pati dolum à seipsis: etenim secum & extra se sunt, in mirabilibus ambulantes super se, uti prudentiam indicantes phrenesim; quæ volunt, & placet vivere extra propriam cognitionem.

4 *Nosce teipsum* erat brevis sententia, in templo Delphico litteris aureis sculpta; de qua strictim egi, *Tom. 3. T. 9.*

Marth. 6. 16.

In hypocritis vanitas speciosa.

Seipso decipiunt.

Bernard.

n. 15. Ibi AA. illam merito extollentes. Quo iure *Iuvenal. Satyr. 11. v. 27.* dixit: — *E celo descendit Gnothi scævan.* Id est, *Nosce teipsum*: cunctarum facultatum schola, æque in iudicium veri & falsi venerabilis scientia. Cicero 1. de *Legib.* quasi de invento thesauro, insit: *Qui seipsum novit, primum se aliquid habere sentiet divinum: tantoque munere Deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet: & cum seipsum perspexeris, totumque tentaverit; intelliget quemadmodum natura subornata in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad adipiscendam sapientiam. Quid cogitari poterit beatus? Nam animus cognitis perceptisque virtutibus, à corporis obsequio indulgentiæque discedit, voluptatem sicut labem aliquam dedecoris opprimit, omnemque mortis dolorisque timorem effugit, societatem carnis ejicit, cultumque Deorum, & parvam religionem suscipit: & sicut oculorum, ita ingenij aciem acuit ad bona eligenda & rejicienda contraria. Ita Seneca, Epist. 90. ut excuteret ignorantiam sui: *Tunc (ait) capi de animo inquire, unde esset, ubi, & quando. Deinde à corporalibus se ad incorporalia transtulit: veritatemque & argumenta excussit, quemadmodum discernentur vitæ ac necis ambigua: in utraque enim falsa veris immixta sunt. Ne sint immixta obijcitur sententia. Unde scire vult: ex mortali parente. Ubi? In certamine mundi sine cessatione, vitæque mortali. Quamvis? Nescit, haudquamquam est in eius voluntate. Necessè est, ut se cognoscat, ut vel ignorare sciat: igitur cum huiusmodi scientia, & vitæ & mortis discernantur ambigua. Verum heu! Sententiam, ut accinit Antonius, *Bail. 31. v. 20.***

Summâ scientiæ seipsum nosse.

Cicero.

Senec.

Aulon.

5

Cogitatio nec seipsum novit.

Mat. 24. Luc. 1. 32.

*vos mente cordis sui.* Ferunt secum lapsum; qui in scientia, ignorantia non cognoscunt præcipitium: & quam cæca factionibus amicitia; ubi inter ambitiosos quæritur facillimè gloria: igitur in casum intimos suos impellunt, qui se præcipites & in tartara mittunt. *Mente cordis sui.* Quippini, *Mentis suæ corde!* Mentem spectat intellectio: cordi respondet volitio. Cor mentis est prudentia: mens cordis infania: diciturque meditantem *Cordis mente*; quia solum intelligebant, quod volebant intelligere. Noluerunt intelligere, ut bene agerent; & intelligentes corde, non intellexerunt bene: etenim illi haud videbant ex virtute intellectio: sed quod videbatur illis. Confundebantur munera & mentis & voluntatis; ut amor clareret principium intellectio. Ex embolio potentiarum, oritur error cunctarum operationum: unde in illorum præcipitium mente cordis construxerunt lapsum; quippe cognitio ex intellectu amoris, qui non habet intellectum. Sese ignorare contendebant, ubi de se plura superiora; quia volebant, cogitabant: sed mente cordis in vasta cogitatione, cogitantes indicabat sine mente; quippe quæ præsumpta gloria, ridebatur ut infania: quandoquidem quicquid magni cogitabant de seipsis, in furorem & phrenesim erat cogitatio amoris. Si iudicium oritur ex corde, vel ipsi errore deficiunt. Et mente cordis ut intellectio, amoris proprii decreta probarent, tribuebant intellectio totum consilium dementiæ, præcipitæque dicuntur mente cordis sui: ubi cor eorum rapiebatur sine mentes; quoniam mente cordis cogitabant quod erant; sed corde mentis non erant quod cogitabant; fingentes phantasticè volitantes delectatione picturas, in vanitates & infanias fallas. Ex mente cordis cognitio, cognitio cæca & electio. Hinc signatur arrogans & superba cogitatio, quæ illos destruit in tartara, deducens in maieftatis cacumina: igitur cum mens amoris sit dolus, & sine intellectio evanidus intellectus; errat corde, quicquid cordis sui cæcè dirigitur mente: etenim thronus superbiæ, non celsitudinis; quæ in præcipitium erigitur cæcitate intellectio. Haud pessis recessit in infernum cum expulsiōne Angelorum. Orbem totum corrumpit amoris cæci iudicium, ratione sepelita, ut pro ratione sufficiatur infania; quæ error & supplicium sint vel cruciatu in cæcitate exemplum; imò adoretur superbia, infidio.

Et in tartara precipites.

Et vanitas præsumptionis.

Amor suæ hominis convertit in dæmonem.

diosa intellectu, & sint mente sine mente: igitur unde fugit sui utilissima cognitio, apparet philauti demones sine intellectu. Gregor. Nazianz. de *Fuio mulier.* succinit.

**Nazianz.** *Ardebatque sui spectatam in fonte figuram Alter, cui exitium forma venusta dedit.*

6 Commune profecto emblema, ut huius amoris denotetur infania; ut videlicet apud Natal. Comit. 9. *Myrolog.* cap. 17. Sua illum in mortem fellicim imago, celsitque neci sic attenuata amore. Solemnis sane dementia, sed eius in medicamen proferenda causa. Narcissus se, non se iudicabat, sed alium. Corpus putat esse, quod umbra. Stupet ipse sibi. Sibi videbatur alius, & inde in viscera transiit amoris vulnus. Non cognovit se, & inde delirium fuit: solus enim amare se quibat, qui se videns, etiam se quasi cecus non cognoscebat. Illa cecitas, ut canit Ovid. 3. *Metam.* à fabul. 5.

— *Misero prebet alimenta furori.*  
— *Tantus tenet error amantem.*

Furor utique, oculis non credere, sed errori. Infelix namque conditio, in qua furiosa dementia totum consilium dirigitur à phantasia. In signum vitæ ab Ægyptijs sepe obijciebantur oculi. Vide Pier. Valerian. lib. 33. cap. 13. Improperia videntur signa: siquidem quamvis plorantes palvere tanto, inuuant modum stationis in mundo; se non videntes, nequeunt præferri signa vitalitatis: hominum quippe rationalis vita pendet profecto à cognitione propria. De Cherubinis dicit Propheta: *Unumquodque eorum eorum facie sua ambulabat.* Uti sapiens progreditur, qui ut se cognoscat, à se dumtaxat respicitur; & ne aberrat coram habet; etenim obnoxius lapsus, qui se cæcæ non cognoscit. *Ille ueraciter se ante se ponit; qui se in suis actibus tamquam alium attendit:* ait Greg. Magn. Homil. 4. hic. Illa curiositas in aliena, ut sit utilis, debet dirigi in propria, ut pedes in virtutem habeant procedentes rectos, & ponant in via gressus suos: dicanturque ambulare coram se, tamquam in alium intenderent; ut non alium sed se curiositate discernerent: etenim in futilem & prudentem curiositatem, non respicerent aliud, si se respicerent.

**Erach.** 1. 12.

**Gregor. Magn.**

7 Hi docti & sapientes spiritus sub titulo Seraphim aliter Joanni exponuntur: *Animalia plena oculis ante & retro, & intus plena sunt oculis.* Quorsum tot lumina? Ne irrepant in turpem cecitatem

**Apoc. 4** à 6.

ignorantia, amore proprio, suffecto dolo pro scientia: siquidem ita fallax tenobris, fictione lucis, phantasia cogitationis; ut pro inferenda tutelatrice fallacia, & centum oculis non occupet una. *Ante & retro*, figura simili Iano, qui habet excusationem, quoniam retrò se non videt eadem si se & ubique cognoscere debet oculorum ubicumque portat lumen, quocumque verterit faciem. Ille alius criminina aliena ante oculos posuit, propria post tergum proiecit. Unde Hæchtan. in *Microscop.* Emplem 42. vacuit:

*Quam geris in dorso, occina cur manticæ? Quare*

*Quam geris ante tibi Zoile per a tumet? Hoc est quod species oculis malè lippus inuenis*

*(Ab nimium veors) facta philante tua. Alierius quam alios mores specularis acutim: Hosque notet nimia sedulitate manus.*

Non ita aliena taxaret, qui sua in correctionem videret: antequam & retrò sunt oculi, ut homo hudeat puritati vitæ: igitur non solum quod ante oculos notandum; sed etiam quod uti leve, cura deiecit post tergum. *Ante & retro*, ad exteriora in obiectis; & *intus plena sunt oculis.* Introsùm etiam dirigitur acies, ut perfectè sit scientia, ex obiectorum occurrente notitia: siquidem etiam vitâ non discernere, nisi prius in iudicium cognovissent. Positio oculorum positioni respondet literarum voluminis. Liber erat scriptus *intus & foris.* Liber hic humanum genus est. Quod exterius, videtur est corpus: quod interius, animus. Ad extrâ vanitas; ad intra summa cum infinitate paupertas. Extrâ ornatus, ostentatio, superbia, arrogantia, vanagloria, intractatæ plagæ, questus; dolor, vulnera, calamitas & miseria: oculique in libro characteribus hisce intus & foris scripto, collocantur ante & retrò; sed laudatur magis scientia voluminis, quippe intus repletum oculis: igitur sit studium in cognitionem propriam, hominibus præbet scientiam; plus & utilius discunt videntes introsùm miseras imperfectiones, quam ad extrâ respicientes versus mundi vanitates.

8 *Uterius. Intus plena sunt oculis.*

Sit ergo. Verum si introsùm universi collocati, quomodo vili? Patent interni: interni concessi, ut se videtur, ne in operibus, sui dilectores errarent. Cuncta illorum ad legis unguem, habentium in corde legem; visique sunt oculi, qui col-

locati ad intrâ, per exacta iuxta legem opera externa, etenim clarebat illorum sanctissima operatione, se prius ad intrâ vidisse & examinasse.

**Aufon.** *Iudices ipsi sui totos se explorant ad unguem:*

Ut canit Aufonius, *Edyl.* 8. v. 3. Ergo respondeamus Didascaliz articulo. Oculi ante & retrò indicant operationes externas, quæ parent oculis. Oculi ad intrâ, operationes occultas, sine examine lucis; & lumina (quippe ad intrâ, non videntur) videri dicuntur, dum in iudicio explorantur; ut vocemus in examen vel leuem cogitationem: etenim cum venerit hora, vel occulta iudicanda. Acies oculorum introrsùm, haud facilis visu; & ab hominibus impossibilis captu; internæque declaratur respectus, quia non latebit operationum intuitus: etenim patent, quæ facta tantum ad intrâ, quippequàm illo in iudicio etiam non vitâ videnda. Hinc Psalmista: *Ab oculis meis munda me.* Quorsum, si occulta dicit: Quia nemo delicta intelligit: & cum homo intelligat, non intelligere, ab occultis anxie rogat mundati, ne forte sint lamentabile peccatum in cruciamina, quæ nescienti videbantur offerri tamquam obsequia. Apposite Crucius hic:

*Quis scelus omne caret: Quis non fallacibus errat.*

*Consilij: Quis semper iter rimatur Olympi?*

*O Pater! ignotas animi bonus eluem fraudes.* Irrepant sensum, & fraudes studia apparent; quippe discussione examinis sunt delicta, in quibus videbatur criminis nec apparentia. Dicit accusata Sponsa, & fulminata causa. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Si illa tota pulchra, & sine macula, unde tot iudici vulnera? Ex uno crine? Ex aspectu transeunte? Introivit ipsa, quantumvis dilecta in iudicium Sponsi: ibique notantur levis oculorum incuria, atque cogitatio sine reflexione vaga. Si hoc est in viridi ligno, quid enim erit in arido? Quid in gravato torâ vitâ criminibus, dum uti vulnus notatur capilli pondus, & simul levis oculorum iactus? Quid si Paulus non iustificatus, licet sibi in gravamen nihil conscius? Quid delicta cogita, si de occultis & inscijs ducenda causa?

*Unus at timet solummodò iudicis urnam: Iudicis & testis qui vice solus agit.*

**Hæchtan.**

**In profa**

**tionem**

**vel iustif**

**siua no-**

**tanda?**

**Hand in**

**tra vide**

**tates, si**

**interius**

**imperfec**

**tionis.**

**Quam**

**exadit**

**D. Herm.**

**Mag.**

**ob.**

Nam quamvis miseris bonus est, veniaque paratus

*Attamen in fontes iure severus agit.*

Succinit Doctor Hermann. Hago, *Plor. desider. anim.* lib. 1. *Gemit.* 10.

9 Haud credebant Ethaici animæ immortalitatem, futuri post mortem non timentes timorem. Plautus in *Capitio.* Act. 3. scen. 5. v. 83. delirat, inquit:

*Post mortem in morte nihil est quod metuum mali.*

Seneca de *Tranquill.* cap. 11. *Causa multis moriendi est, timide mori.* Quid insanè vecors Lucretius? Unde lib. 3. de *Rep. natur.* à v. 1017. effuit:

*Hæc neque sunt usquam, neque possunt esse profectò.*

Plinius, cum in aliquibus videret formidinem, ridet. *Quæ* (post mortem) *deinde sedes, quantæve multitudo tot seculis animarum, velut umbrarum? Puerilium ista deliramentorum, avidæque nunquam desinere mortalitatis commenta sunt.* Similis & de afferendis corporibus hominum ac reviviscendâ promissa Democrito vanitas; qui non revocavit ipse. *Quæ ista dementia est, iterari vitam morte? Hæc credulitas duplicat obitus, si dolere etiam, futuri affirmatione, evenit.* Hæc Plin. 7. cap. 55. Fallitur, quippe verissima, quæ ridet fatuus vel infatuatus ut falsa: quidem cum anima sit immortalis, ante mortem conscia criminis, formidat iurè meritò à divina iustitia, quicquid præsumit vulnerata conscientia. Dicit, qui inficiatur Tartarum, ipse Lucretius, quò supra, à v. 1022.

*Quæ tamen etsi absunt, at mens sibi conscia facti*

*Præmetuens, adhibet stimulos, torquetque flagellis.*

*Nec videt insereâ, qui terminus esse malarum*

*Posit, nec qua sit penarum denique finis.*

*Atque eadem metuit magis hæc ne morte gravefiant.*

*Hinc Acherysia fit stultorum denique vita.*

Haud eiusmodi cogitatio stulticia: sed si vita ita anxia, & erummosa ex delictorum conscientia; quid erit in morte, & post mortem, ubi ut penas luant, viderint cum verberare Nemeseim? Si iustus vix salvus fiet, iniquus & peccator ubi parabit? Hinc timor, hinc tremor, hinc horror. *In die qua ignorat, & hora qua nescit, anima rapitur à morte, pergitque miserij plena, tremens & dolens: & cum nullam excusationem habeat, quam pro peccatis possit*

**Plaut.**

**Seneca**

**Lucret.**

**Apud**

**Eibnicos**

**pena in-**

**ferorum,**

**phantas-**

**ie iudi-**

**crium,**

**Plin.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**Lucret.**

**ob.**

obtinere; contabescit & pertimescit, coram Deo apparere. Crescit pavor cum cogit, quod viam vite huius nequaquam sine culpa transire potuit; nec hoc quidem quod laudabiliter vixit, sine aliquo reatu est, si remota pietate iudicetur. Quapropter nullus perfecti semetipsum a iudicare & comprehendere potest: sed a multis cogitationibus occupatus, subime ipsi aliquo modo manet incognitus; ut omnino quod tolerat, nesciat. Propterea urgente exitu, subtiliore terretur metu; quia si illa qua se fecit, nunquam se praetermisse meminit, formidat tamen ea, qua nescit. Haecenus Mellissus Doctor, de *Cognitione Human. Condit.* cap. 2. Quis enim scit, an dignus sit amore, vel odio? In exitu sine recursum, ex huiusmodi tenebris iure non erit formido? Iure: etenim maior angor de periculo mortis, quam de morte.

10 Paribant universi Iudaei insidijs Aman, ni pro illis intercederet Elther: quod quidem illo in tempore fatale; quoniam ni vocata a Rege, se exponeret ultro periculo vite. Monuit Mardocheus illum suscipere de qua facere tyranni furentis violentiam, ob populi sui innocentis periclitantis gratiam; quippequam sine eius necessaria interventione, extrema poena suorum addebatur servituti. Elther audivit & flevit. Retinebat animum mors promptissima: impellebat in praclarum facinus contribulium damnatorum innocentium. In huiusmodi perplexitate, sine dispendio proprio haud erat summa dilectio: quapropter mori decrevit: quae nata, etiam dilectionis bono publico. *Ego ingrediar ad Regem non vocata, tradensque me morti, & periculo:* respondit Mardocheo.

Quodnam igitur horum verborum propositum? *Mortis & periculo?* Periculo mortis, sit: verum mortis & periculo? Quid est hoc? An periculum post mortem? Amplius post novissimum, discrimen? Uti que: quodnam? Novissimum. Ergo mors non est extremum. Est extremum vitae, sed est extremum extremi, & maius periculum, quia periculum extremum. Est periculum in vita, quod periculum mortis: est periculum in morte, quod consummationis finis. In vita finis timetur, verum temporalis vite: in fine ex morte timor maioris periculi, & eternitatis incipiente. In morte vite, mors prima, quae reparabilis. In fine mortis, mors secunda, quae perennis: & post mortem, ut quid maius, addit periculum mortis, in signum acro-

Bernard  
Anger  
anima  
in exitu  
de corpo-  
re viva.

Esth. 4.  
16.

Unde ori-  
gines  
dicit post  
acerbita-  
tem mor-  
tis?

ris ac vehementioris, cruciaminis; quippequam post mortis poenam iudicium divinum sequitur vel ad mortem, vel ad vitam. Maior debet esse metus, ubi periculum maius: & ubi tantum discrimen, timetur damtaxat quod periculum post mortem; quoniam dignum, ab hominibus timeri, post mortem iterum mori. In morte moritur caro: post mortem anima mortis iacet periculo. Ibi dolor, hic utique timor; quo percutitur anima in ipsa mortis angustia: & post mortis extremum, denud exponitur periculum; quippequam ultimum uti principale, in corpore intertali debet timeri, animam immortalem post mortem posse perire: igitur il post exitum divinum & inevitabile iudicium, est periculum post exitum.

11 In rem veniamus. Ipsa forti animo mortem despexit, quandoquidem ipsa concepta & obvia ad iudicem introivit, lege fracta, quippe transfractione ingressa. lam enim obnoxia morti, sed non timet. Ingressa, non solum timet, sed tremit. *Corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput.* Quid timet, quae non timet amaritudinem mortis? Iudicium Regis. Ab eius iudicio pendebat calamitas vel felicitas. Fracta lege iudici glorioso sistitur, ad tribunal percussa conscientia ingreditur: tremitque anxia de sententia quia nescit, quoniam in exitum causa: & an illo in articulo rupta lege, salvaretur, vel damnetur ad iudicem. Hinc Hebraeus: *Tollar, tollar. Secundum quod peribo, peribo. Moriar, moriar.* In periculum post mortem, & morte maius cruciamen: equidem maius, illo in tribunali, illo iudice, pati post mortem expectationem sententiae. Dicit vel Ethicus in *Alceste*. v. 781. *Omnes homines debent mori: & nemo mortalium*

*Est, qui sciat, an sit vitiosus.*  
Qui fide imbutus scit, in morte oportere ante tribunal Christi presentari. Scit leges fragilis: debet ergo timere, quae a conscientia vulnera distant, ne morte gravescant. Adhibet stimulos, torqueque flagellis, nesciente transgressore, quae sit in iudicio finis. An cadet causa, an recessurus victoria; an prevalebit iustitia, an palmam tollet clementia: an ex iudicio erit poena, vel gloria, perpetuitate noctis, vel dies saulius splendore eternitatis.

*Ille, dies quam longus erit sub sidere*  
*Ceteri;*

Ibid. 4.  
15. 11.

Ignorantia  
sententiae  
in morte  
animata.

Habere

Esopid

Solito  
qui a mo-  
rionis.

Quam-

Auson.  
4.

*Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,*  
*Cogitat, & iusto trutinase examine pen-  
sat.*

Foris sensum pugnat, intus timores; quia nec post mortem suspenduntur pericula; eod quod remanet sustinenda sententia: quae pra morte ex periculo cor angit, & summe premit; etenim vehementior inter cruciamina afflictio, illius iudicij transgressoris expectatio, exitu in exitum properante, & cum ignorantia iusti tenoris sententiae. Felix qui de angustia, & iudicio sublatus est: equidem nulla maior angustia, quam ex iudicio pendula ignorata sententia; quippe pra morte certa excedit valde tormentum, post corporis mortem, animae miserabilis periculum.

Isai. 53.  
8.  
Et causa  
imortis.

12 Hic timor hominum compefcit audaciam, ut timeat post mortem ruinam; exciteturque in virtutem, quippequam periculum etiam post mortem. Haec memoria ac articulus tanti momenti excitavit Davidem in poenitentiam ex sopore peccati. En soliloquia. *Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?* Per diem, in robore valetudinis; quippequam dubius dolor in nocte mortis. Quando in me? Quando pra varicator converterat ad cor? Cras. Quid tunc etiam cras. Quid post? Idipsum quod fuit, sed nunquam est, nisi quod prius; quia nunquam ad dolorem & vite conversionem convertitur animus. Quando? In anime exitu, quo inimicus validus, & anima sine viribus? Periculo occurrere necessarium, ne incurram in mortis somnum: siquidem qui post peccatum sine dolore, decursu veloci vite, frequenter ad mortem dormit in morte; ita ut Dei singulare auxilium sit necessarium, ad illuminationem oculorum. Unde Deus Israel *illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte;* ubi insidiator vigil Argus intendit, & infirmitas lumina patientis claudit. Quando excitabitur cor? *Usquequod exaltabitur inimicus meus super me?* Quorsum in vita ad bonum conversa, huiusmodi vigilantia? In morte luminum vigilia quorsum? Quoniam ab illa eternitatis momentum. Ipse qui cupit vivere iuxta legem aliam demonstrat alti momenti rationem. *Nequandum dicat inimicus meus: Pravalui adversus eum.* At quid, si saepe victor, dum saepe prevaluit tot sceleribus error? Est summum discrimen, inter valere, & prevallere draconem. Valet in pugna (supra terram vita hominis est mi-

Psal. 12.  
3.

Procrasti-  
natio po-  
nitentiae  
in morte  
anima.

Verf. 4.

Verf. 5.

Tom. VII. Taut.

lita) dum vincit hominem infirmum; sed datur locus, gratia Dei, ut victus possit resarcire damnum. Aliquando victoria victorem facit inertem, & victum palmam triumphantem. Praevalet in hominis virtutem vafer inimicus & truculentus, dum in morte iacet victus, quin ad iterandam pugnam deat locus, vel sit tempus. Valet in cursu fragilis vite: verum praevalet in morte: & non ita formidatur, quod aliquando demon valens hominem vincat, sed quod semel aliquomodo praevalet; quoniam post huiusmodi ut novissimum certamen, homo haud habet recursum in conversionem. Ita qui dormit in morte, ductus prava consuetudine: equidem cum tempus non sit amplius, nec dolori deat locus; adversus hominem praevalet hostiliter inimicus, deducens in triumphum usque in flammam aeternam, quem nec vulneribus in contritionem excitavit iniquitas. *Tunc anima inveniens oculos clausos* (subdit Bernardus, d. n. 5.) *revertetur ad se, & videns se solum & nudam, ingenti horrore confusa; despiratione deficiet in se, & cadet sub se: & quis amore mundi & carnis voluptate Dei amorem derelinquerat; derelinquetur ad Deo misera in hora tante necessitatis, atque demonibus tradetur, in inferno crucianda.* Vide eius miseriam Tautolog. ult. *Didasc. 4. a n. 12.*

13 Easdem minas in reproborum peccatis tanquam fulmina retorquet SS. Benedictus. *Tantum liber erit Paschor* (inquit *Regul. Sanct. cap. 2. 1.*) *si fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis actibus, universa fuerit cura exhibitae. Paschor in iudicio Domini absolutus dicat: Veritatem tuam & salutare tuum dixi: ipsi autem contemntes provoverunt me: & tunc demum inobedientibus cura sua ovis poena praevolens ipsa mors.* Non mors valens, sed praevolens? Pravi mores! Abominabiles sunt facti in studiis suis: igitur crimina in vita non deserit animus, nisi quando corrupta deserit ad criminibus. Futilis conversio sit, nec micat in contritionem spes; modo in pugna poenitentiam & iniquitatis, perverserant certamen, usque ad prevalentem mortem: igitur postremo sauciatur peccatus, despondetur animus, haud conceditur medicinae locus, nec poenitentiae tempus; & praevalet inimicus. Bugnotus hic:

*Tum meritas iudex in ovis ardescit amaris Vocibus: & merite vicima mortis erunt. Quid ergo facit peccator? Quod fecit: re-*

Post mor-  
tem vis  
est recur-  
sus in po-  
nitentiam.

Bernard

S. Bened

Que in  
anima sit  
mors, va-  
lent, &  
prava-  
lent

Cabren.  
Bugnot.

G

re

Quanti nocumen si negligentia in spiritali vital

rere scilicet tempus, renovare & exulcerare vulnus: transire ut valeat, & valeat transire; si nequit ut velit, saltem ut possit, habens inter huiusmodi tenebras mentes vacuos, atque noctes laboriosas, prae nimia pravitare consuetudinis, cum dies formantur & nemo in eis. Valet demon, quia saepe cadit homo, qui sub eius tacet triumpho: verum dum esse sub sentibus, delicias iudicat, flocci pendit si praevalent. Quid hodie operatur? nihil. Cras? Idem. In hebdomade: Quod heri. Idem in mense operis: nihil tot annis, & simul in tota vita. Lamentabilis tragedia! In morte obdormiet, clausis oculis iacebit. Sic stat, & simul vel faucibus, inimico valente, perfisset sic: unde cum hodie lubido praevaleret mors; quoniam nihil inveniens in manibus suis, ratione sopita, sine recurfu evigilabit in flamma.

14. Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione: igitur fructum nullum percipiunt, in quibus nunc erubescunt. Quando ergo ponent in anima consilium: Quando in se & ad bonum convertentur? Quando erit dolor de vulneribus, ut quiescat animus: Quousque adversus eos exaltabitur in propodium inimicus? Non formidatur iudicium, quo revelabuntur abscondita tenebrarum? Haudent, quod timent iusti, & cavent sibi vel ab imperfectione? Cuius enim mentem (scribit super Psalm. penitential. ult. n. 2. Gregor. Magnus) cogitationes vane non laniant? Cuius cor tentationes non vexant? Cuius animam desideria carnis non turbant? Stant sicine peccato mancipati, ab omni perturbatione securi. Non peccavi: dixit Iobus. Si peccavi: iam dubitat. Peccavi: iam affirmat: additque: *scired ipse me reprehendo, & ago penitentiam in favilla & cinere.* 42. 6. Quis enim intelliget haec? Ad iudicia Domini tremulum pavidum cor: igitur coram Iudice ac divino tribunali, fatetur ut peccatum, de cuius noxa nec dubium: acceditque penitudo, cuius quasi esset crimen, nec cogitatio. Haec est ad salutem via. Nolite obdurare corda vestra. Hodie sane penitentia ac de peccatis contritio: cras est sero. Etiam hodie tardè fit: nescimus, quid erit cras. Ovvenus lib. 5. Epigram. 44.

Es quam tal

Greg. Magn.

Tob. 7. 20. 10. 14. & 17. 2. In discessione timentium, quod nec cogitatur cogitatio.

*Cras (inquit) faciam, concessa que labitur hora.* *Fat hodie: fugit haec non reditura dies.*

Ovven.

(\*) \*\* \*

DIDASCALIA V.

Dei gratia ultra cuncta bona.

INTER rerum suarum natura homine nihil habet, quo magis glorietur, aut certè cui glorietur: quapropter ab illa super cuncta exaltatur & extollitur. Unde Iudicium, quod canit Lucretius. 5. de Rer. natur. à v. 157. *Dicere porro hominum causa voluisse parare*

Homo extimiam opus natura.

Lucret.

*Praeclaram mundi naturam, propterea quae Id laudabile opus Divum; nec fas esse.*

Fallitur: universa propter hominem facta, illique subiecta; quippe factus ut praesertim illum Conditor rerum naturae esse spectaculum iussit; sed, ut Epist. 66. inquit Seneca: *A terrenis dimisit ad divina. At quomodo ad divina, si iacet in terra? Dicit ipse Epist. 41. Coelestis potentia agitatur. Non potest res tanta sine adminiculo Numinis stare: Itaque maiore sui parte illuc est, unde descendit. Quemadmodum radij Solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde mittuntur; sic animus magnus & facer (& in hoc demissus, ut propius divina nossemus) conversatur quidem nobiscum; sed heret origini suae. Illinc pendet: illuc spectat ac nititur. Verum quomodo isthac donabitur beatitudine, quando natus de muliere? Gratia Dei, cum qua illustre prodigium fit: igitur dum sine illa pauper miserabilis & nudus, homo de terra terrenus; cum illa factus in prodigium multis, fulget de terra caelestis. Spoliatur veterem hominem cum actibus suis, & induit novum, quia renovatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creavit illum. Fit novus homo: dexteræ Excelsi est mutatio: & claret alter & idem, secundum interiorum hominem, factus prodigium, in caelorum spectaculum: igitur in eadem natura, nobiliore essentia, qualitatis formà, caelestis felix perfungitur conditione; qui miser, caecus & nudus, natus fuerat de muliere.*

Senec.

Unde de terra caelestis

2. Fragilis, repleta miseris humana, prona in terrena, natura; sed homo & homo natus est in ea. Verum quomodo? Homo & homo est: homo in homine his sed non ex homine, sed in homine, dum gratia illustratur cor; quia se feliciter levavit & super se, mirabiliter in sublimem natura

Iob. 14. 1.

Psal. 86. 5.

Tautol. I. Didasc. V.

Qui bono à natura, plusquam homo ex gratia.

Chryl.

Bil.

Senec.

Adventu Dei in mundum homo sublevis in caelum.

Idem.

naturam erectus, qui in humanam fuerat de muliere natus. *In ea, non ex ea. In ea homo, sed non homo ex ea;* quoniam huius nobilitas filiationis, non ex voluntate carnis. Quod natum est ex carne, caro est. Ex carne natus est homo: ita humanae carnis conditio: sed extra conditionem carnis, nove conditio in homine hominis generationis: etenim iam superior prorsus humana naturà, qui homo natus est in ea; quoniam non ex ea, sed per gratia divinae qualitatem, accipit illà, in qua natus, superiore conditionem. Homo, & homo. Homo in natura. Plusquam homo ex gratia. Ex Hæc nova generatio, ut non sit homo qui plus, quippe ex Deo natus est: igitur confors factus divinae naturæ (conditione gratia) qui in natura humana accepit originem; in ea & non ex ea vivit feliciter extra humana conditionem. Dicit Chryostomus, in Matth. Homil. 2. *Tu, qui filius es Adæ; futurus es filius Dei. Non enim frustra, nec vanè, ad tantum humilitatem ipse descendit, sed ut non ex humili sublimaret. Natus est enim secundum carnem; ut tu nascereris spiritu. Natus est ex muliere; ut tu desineres filius esse mulieris.* Vetera recellerunt. Descendens qui sedebat in throno, ecce nova fecit omnia: omnibus hominibus Dei apparuit latens gratia: & habitavit in nobis; ut cum illa, in illa, ex illa habitarem in caelis. Vide Didasc. I. à n. 1. Iacob. Billus in Antholog. Sacr. accinit opportune: *Nil hominis primi retinens, sed plena secundi,*

Deo bonus non est; quo bonus, eius dilectione fit. Naturà filius iræ, filius gehennae, filius poenae. Bonus non ex illa, sed bonus in illa; quippe dono gratia (multitantis animam) participat ut sit bonus, bonitate divinam. Hæc ex Dei dilectione gratia: *Sine qua non possunt prodesse cetera bona, & quae non potest haberi sine ceteris bonis, quibus homo efficitur bonus.* Augustin. in Ioann. Tract. 87. Sicut Iris à Sole, sic homo gratia radiante.

August.

Cur bono cum dno gratia similitudine Iris.

Geome. Virgil.

*Iridis instar amenas Virtutum formas, floriferaeque ferentis Mille trahit varios proprio Sole colores.* Naturam caelestem lumit, quin deponat hominem; cum secum & alius sit, & supra se: homo & homo, quia sublimis generatio & à caelesti principio.

Iacob 1. 18.

Psalm 81. 6.

Unde est gratia homo Deus.

4. *Genuit nos Pater luminum:* dicit Iacobus, *Genuit?* Generatio in natura similitudinem tendit. Hinc tota nobis felicitas emanavit: eisdem qui excludat in homine hominem; per gratia domum concedit divinitatem. *Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Nihil plus: & mirum non mirum est: quia ex iure (licet homo) accipiat divinitatem, quia gratia participavit naturæ similitudinem: igitur in illa illius habet principium principium, ut est ens à se infinium & illimitatum. Quidam Dij, si filij Excelsi? Filij gaudent naturà genitoris: patet gratia undecumque mirabilis: etenim cum lumme dissent natura humana & divina; per illam divina sedet in natura humana. Navum homo sic figmentum per huiusmodi principium. Deus nos condidit & genuit. Condidit naturam, & genuit contentens gratiam; ut homo & homo nasceretur, dum à patre luminum & conditore formatur: Iacobusque non dicit *Condidit*, sed *Nos voluntarie genuit*, ut in esse hominis aliud esse iustitissimum exprimeret: super naturam humanam, aliam superiorem naturam: igitur quibus Conditor dedit humanitatis conditionem, etiam concessit ut Pater divinitatem. Pater luminum, qui illustravit singulari solgoris genus humanum; equidem fecit, quod homo filius Adam, generatione per gratiam existeret filius Dei.

1. Petri 1. 3.

*Caesite accipiet gens nova principium. Sic nostrum assumens matris à corpore corpus, Effet ut assumpta carnis origo Deus.*

3. Etiam cognovit vel Aethiopicus. Unde egregie Cordubensis Stoicus, *Virtus* (ait Epist. 87.) *extollit hominem, & supra chara mortalibus collat.* Si vitium hominem infra se posuit, virtus gratia supra se exulit, & in caelum collocavit; ut quid ex adventu Dei in terras, diceret dignata charismatibus, humanitas: equidem si non homo in natura humana ex vitio; in ea, per gratiam feliciter, homo & homo. Adhuc ipse, Epist. 41. praecit. *Bonus vir sine Deo (inh) nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus, exurgere? In uno quoque viorum honorum habitat Deus.* Deus solus bonus, Optimus-Maximus. Unde ergo homo bonus ut in illo habitat Deus? Sine

Tom. VII. Taut.

G 2

est,

Gratia hac vita gloria.

est, quoniam hæc post mortem fit: & in tempore generationis divinæ (quæ notat gratiam) signatur regeneratio, quæ spectat gratiam; ut cuncta bona explicentur, quàm à Patre luminum generantur: quandoquidem in hoc tempore & miserabili vita, quæ maior gloria, quàm gratia? Venerunt omnia bona pariter cum illa: igitur quæ facit hominem Numini gratum, ei concedit omne bonum. Gratia Dei (ait Augustin. lib. 2. ad Bonifac. cap. 6.) non solum sidera, celos; sed etiam omnes Angelos supergreditur. Quod enim descendit à Patre luminum, datum optimum, donumque perfectum; quippe eius cum cæteris bonis omnibus forma, credibilia facit incredibilia. Dicit & Pindarus, Olymp. Od. 1. à v. 46.

August.

Origo bonorum omnium, & boni summæ.

Pindar.

Gratia qua omnes parat voluptates, Mortalibus afferens honorem, Etia quod est incredibile facit credibile; Ut in altissimam latè honorati Iovis domum transferret.

Quis enim crederet infimum hominem æternæ gloriæ accipere posse semen; ut in perpetuum cælesti federet aula, & in cælum (ut ait Horatius, lib. 2. Carmis. Od. 8. v. 19.)

Horat.

Potuisse nasci Matre pendenda?

Ideo dicitur: Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Pendet. Voluntariè. Si est voluntaria generatio adoptionis, planè necessaria generatio naturalis: scilicet filij unigeniti Dei, qui Verbum erat apud Deum; ut astruit Fulgentius, lib. 3. ad Monim. cap. ult. Verbum ab æternitate; nos genuit in tempore. Illum filium necessariò, homines ultrò. Illum natura, nos gratia; ut amoris exhiberet celsitudinem, per huiusmodi voluntariam generationem: quandoquidem nihil ultrà in eis amore poterat excogitari, quam esse conformes imaginis filij sui. Nos ergo Deus (inquit verbo veritatis) genuit: illud autem Verbum veritatem genuit. Nos Deus voluntariè genuit; quia voluntas generationem præcessit. Amore geniti sumus, qui quidem supremus: etenim gloriòse habemus per gratiam, quod filius eius habuit necessariò per naturam. Notum fecit nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum; ut simus in laudem gloria eius nos. Hanc generationem præcessit divina voluntas; ut eius dilectionis in nos voluntariè, emineret maiestas; & quæ nobis

Fulgen.

Ephes. 8. à 9.

gloria ex gratia, eius dicitur laudabilis gloria; quippe amoris eius & gloriæ culmen, per gratiam nobis con ere divinitatem. Voluntariè ergo nos genuit: id est, quàm voluit, quia placuit, quin respiciens hominum formam, aliquid dignum vel congruum inveniret ad gratiam; quippe si divinum admirabile manus; & ab illa hominum salus, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, gratiam indigenibus tribuit; sed voluntariè secundum misericordiam suam salvos nos fecit.

7 Genuit verbo veritatis. Iam enim eramus. Quomodò genuit? Non eramus in esse, quia cælestis deest generatio; quæ uniusquique in propria conditione videtur homo & homo: equidem cum gratia sit forma formæ, & vita vitæ; quandià natura rationalis non habuerit gratiam, in forma non habet formam. Ideo in choro cælesti dicitur: Propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Apocal. 4. 11. Exponerem, ni fecissem, Tom. 1. T. 4. D. 5. num. 7. In presenti testimonio astruitur cogitatio. Gignitur homo in beneficium respirationis. Unde ergo eius essentia forma verbo veritatis? Ex gratiæ collatione, forma quæ vitæ: equidem licet per generationem habeatur naturaliter vitæ; sine gratiæ erit vita, cæterum non vita vera. Fit homo in animam viventem, verum non vivificantem: genitusque dicitur homo verbo veritatis, nequaquam à naturali principio respirationis; quoniam in vita non habet vitæ virtutem, ni per gratiam habuerit in vitam vitalitatem. Genuit verbo veritatis. Paulus: In verbo vitæ. Haud uterque diversa promittit in diversum sensum, sed in idem propositum; dum ab uno gratia dicitur vitæ vitalitas, & ab alio vitæ veritas: equidem vera forma humanæ vitæ, subsistit tantum in vitalitate gratiæ; quæ generatione mirè homo plusquam homo fit, quia prædestinatur in adoptionem felicem filiorum Dei. O quam pulchra est casta generatio cum claritate in lucem hominum, descendens à Patre luminum, conferens pulchritudinem, verumque ipsi vitæ vitalitatem! Singulare prodigium! Illuminat omnem hominem venientem in hanc mundum; ut in eius lumine videamus lumen; quia per gratiam castam, utpotè celestem, habemus generationem. Elige vitam ut vivas. Vita naturalis à vivente non eligitur: quæ ergo vita notatur: Vita electa, quæ dumtaxat fit à gratia: igitur est vita super vitas electione, quia dedit hominibus potestatem si-

Gratia homini collata divinitatis est gloria.

Ubi sap.

Non in eo vita vera sine gratia.

Ephes. 5. 26.

Sapient. 4. 1.

Deuter. 30. 19.

Senec.

Imo nec in vita vita.

Martial

Romano 5. 17.

Vel. 18.

Joann. 10. 10.

Cum illa vitalitatis abundantia.

filios Dei fieri: qui quidem illi grati per adoptionis formam, habent iam vitam, ut vivant: siquidem huiusmodi vitam si infelices non haberent, vel viventes in carce, nequaquam viverent.

8 Enthusiasmum Senecæ audiamus, quippe ad mores selectissimus. Ingens negotium in manibus est (ait Epist. 49.) quid agam? Mors me sequitur, fugit vita: adversus hæc doce aliquid. Effice, ne ego mortem fugiam, vita me non effugiat. Unde ergo in vitæ possessione, vita ipsa potest effugere? Vivit, qui vivit: vita igitur viventem non effugit. Effugit, ubi sine vitæ forma; quæ sit in vita dilectione divinâ: equidem cum tribuat vitam vivitalem, vitæ vitalem virtutem, utpotè forma vivificantis formæ, atque qualitas eximia vivificantæ substantiæ; vita in vitam amittitur, si per gratiam non habeatur: curandumque est, ut gratiam in vitam homo ad vitalitatem habeat: ne vita in ipsa vita permanendo diffugiat.

Quod si, esse velis. Ut succinat Martialis, 16. Epigram. 47. Potest non esse quod est, ut sub hac conditione, quod est desideret esse? Potest. Ethnicus nescit, sed Christianicola cognoscit. Eâ naturalis vita, & in gratia ad vitam supernaturalis formæ. Hæc vivificat animam viventem, etenim sine illa vitam conferens, non habet utilitatem: potestque quisque desiderare quod est; ut quod est; in esse sit; quippequàm ni habuerit gratiæ superiorem formam, non habebit infelix in vitam vitam. Homines sine gratia vel viventes mortui sunt. Sine illa cor illorum (à quo vita) vanum est. Videte, gratia quid sit. Abundantiam gratiæ in vita: dicit Paulus. Gratia est à Conditor vitæ: gratia est à Patre luminum vitæ abundantia: & dum gratia signatur, abundantia vitæ ostenditur; siquidem sine vitæ abundantia, numquam vitalis est vita. In iustificatorem vitæ: subdit Gentium Doctor. Elucet vitæ entitas, & entitatis qualitas; quippe non vita, vita non iustificata. In iustificatorem animarum filius Dei descendit in terram: diciturque, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Ni abundantius, in vita non esset vitalis virtus: signatque abundantiam gratiæ in donum concessum vitæ; quia vita sine gratia non vita in conservacionem. cum à gratia accipiat vitam vitalem vitalitatem. Vide dicta, Tom. 1. T. 4. D. 17. Abundantia ex gratia oritur, quæ vita ex Deo à viventibus accipitur. Veniente

Christo vitam homines habebant: dicit, ut vitam habeant; quia sine abundantia gratiæ in vitæ usu nec habebant vitam: illeque hominibus dedit, dum aberrantes eximio amore quæsit: etenim per divinæ gratiæ adoptionem celestem; cum vita quasi cadaver in vitam veram vivificavit hominem. Iam vitæ humanæ alius color, quippequàm ab æthere decor.

9 Aptè ergo gratia Dei dicitur abundantia, quia cum illa cuncta bona, imò cuncta bona gratiæ. Adjungat lapidis philosophalis, quicquid tangit, pretiosum exit. Non Midæ nisi fictum donum: sola gratia cuncta convertit in aurum. Ut notetur abundantia, in gratia, vera, quæ de Anij filiabus à Græcis ficta; siquidem illarum tactu inficiens omnium fructuum cornucopia. Adi Nasonem, 11. Metam. à fab. 3. & lib. 13. fab. 4. Hinc Bernard. de Gratia & liber. arbit. cap. 6. n. 19. inquit: Perfecta erit voluntas, cum plene fuerit bona; & bene plena: ubi perfecta conversio ad bonum, ut nihil libeat, nisi quod deceat, aut liceat. Gratia dat verum scire, & plenum posse. Dat facere, & perficere pro bona voluntate.

Que dedit velle dedit & illa posse. Vivificavit animum, excitavit auxilium subrogavit effectum, ita ut in omnibus invenitur omnia. Retorquatur Horatius, d. v. 19.

Latus in presens animus, quod ultrà est, Oderis curare: & amara lato Tempere risu.

Maximum bonum inter bona indicatur amicitia, à Principe benevolentia, opum abundantia, ex inimicis trophæa, familiaris fortuna, & sui victoria. Unde illud vulgare Publ. Syri in Mimis, v. 236.

Bis vincit, qui se vincit in victoria. Hæc hominum potiora vota? Cuncta inveniantur in gratia: etenim carnis dominatur affectibus, sui victor homo, sui que dominus: demones gratum Deo non solum timent, sed & horrent, quippe ab illis desperatur victoria, quorum frustrata certamina, Deo favente, cuius amicitia gaudet, & gratiam prosperè possidet, amplissimas divitias, cælestes fortunas, pretiosas gazas, cuncta desiderabilia, potiora vota, bona selectiora in cumulo; quoniam universa in gratia tamquam in centro.

10 Salutatur Virgo virginum ab Angelo, in qua inventa eminenter gratiæ plenitudo. Gratia plena: & cum ex salutatione & eius qualitate hereret cogitabun-

Quid sit dono gratiæ abundantia vitæ?

Bernard.

Quærens.

Horat.

P. Syri.

Quærens na est gratia?

Luc. 1. 30.

bunda; ei dixit: Ne timeas Maria: in-  
venisti enim gratiam apud Deum. Felici-  
sissimam salutem & gratiam divinam con-  
notat: etenim cum felicitas à dilectione  
Dei, qua hominis anima accepta Numini  
fit; per gratiam eius demonstravit accep-  
tionem, ut amplissimam Virginis signa-  
ret felicitatem. Opulentiam singularibus  
opibus, salutem Angelus: gratiamque Dei  
invenisse, dicit, ubi de caelo ad illam gra-  
tulatorum descendit; quippe neque in terra,  
nec in caelo sunt divitiarum, quae sint divitiarum,  
respectu pretij divitiarum gratiarum. Regi-  
nam etiam caeli, Gabriel expressit saluta-  
tione: eius ostendit singulare maie-  
statem & plausum, etiam super conditio-  
nem superiorem Angelorum: dumtaxat  
que satur, gratiam apud Deum Virgi-  
nem invenisse; quoniam suprema maie-  
stas, accedere ad thronum gratiae. Sic glo-  
riosa dicta sunt de te, Civitas Dei. Glo-  
riosa: & universa, quae nihil ultra, est  
diversis vocibus Angeli plauderent, &  
Reginam, opulentiam, felicissimam cog-  
noscerent: igitur inter plausus nil invenit  
exultans amore cor, quod aequè conferri  
possit ad laudem gloriae gratiae amantissi-  
mi Dei.

Illustrans adest divina potentia caeli,  
De virtute alto summi dominantis Olympo.  
O nimiam felix! Alta ad fastigia caeli,  
Ad solum Domini, Superum Regina voca-  
tur.

Sed unde? Ex gratiae inventione: equi-  
dem quae invenit gratiam, hausit simul in  
pectore caeli gloriam. Dicit contextus:  
Gratia plena. Cumulata abundas bonis  
aeternae felicitatis. Diversis charismatibus  
fulges, caeli doctibus extolleris, donis di-  
vinis ornaris, obsequijs caelorum: nil Ga-  
briel nisi de gratia dicit: & dicit totum:  
etenim signans solum gratiae maiestatem,  
cunctorum bonorum demonstravit pleni-  
tudinem.

11. Ne timeas, praemittit Angelus.  
Indicat Virginis pectus, Deo gratum.  
Quid ergo gratia timendum? Quis nos  
reparabit ab hac charitate illustrati? Tri-  
bulatio, periculum, persecutio, gaudium?  
Cuncta praestant cum gratia pectori ro-  
bur. Fortius est, dum infirmatur. Nihil  
timer: in eo qui confortat, omnia potest.  
Nihil valet in gratum Numini, fortitudo,  
altitudo; vel profundum. Quid igitur  
cum gratia, aut de quo timendum? Ve-  
rum est (ait Chrylogus, serm. 142.) quia  
qui invenit gratiam, nescit timere. Ita  
Ioann. 1. Epist. 4. 18. Timor non est in eban-

ritate, Seneca, Epist. 47. Non potest amor  
cum timore misceri. Idem Macrobi. 1. Sa-  
turnal. cap. 11. Unde Oth. Venius, Amor.  
Embl. 51. & Aufon. Edyl. 4. (ab alijs 32.)  
v. 26. accinunt.  
Aversus pedibus praemis ecce Cupido timo-  
rem.

Degrens animos timor arguit.  
Gratiam enim & apud Deum invenit Ma-  
ria, & invenit illa sola; ut subdit Chry-  
solog. d. & Bernard. super Missus est, Ho-  
mil. 3. n. 10. Cum gratia Dei non timetur,  
nisi amittere gratiam: & non timere iu-  
bet, quam cognoscit gratia plenam; ut co-  
gnoscat in Virgine, quanam plenitudo  
gratiae, sine timore: etenim recipiens Vir-  
go Matris Dei excellentem dignitatem, ac-  
cepit simul in munere & gratiam inamissi-  
bilem. Quod non timendum à Virgine,  
à nobis debet timeri: igitur cum in gratia  
sint omnia laeta, & omnia bona; illa  
amissa per peccatum, evanescit omne gau-  
dium, quia frustratur omne bonum.

12. David excedit perdidit, dum furiosè  
deliquit, ab affectu peregrino fallaci du-  
ctus, qui prius divinis nutriebatur affecti-  
bus. Misit in lorum margaritam gratiam,  
quin propriam consideraret periculosam  
miseriam. Magna clades, ad nihilum esse  
reductum; ceterum maior, quod nesciret  
periculum. Dolui illi arte amicum dete-  
xit, & illicò frangi redditus à corde resi-  
puit, desiderans anxie quam per errorem  
amiserat; & quaerens gratiam, vel dolens  
non inveniebat. Percutiebat pectus peni-  
tendo, & cuius iam habebat laetabat dul-  
cedo: equidem necdum fruebatur (recen-  
ti culpa) bono defectibili, quod duxerat  
penitentia. Ad Deum occurrit, qui pen-  
nitentem non despicit: illique clamat:  
Redde mihi letitiam salutaris tui. Quid  
ergo efflagitat? Gratiam. Cur ergo vocat  
letitiam? Ut gratia divina effectus  
explicet, dum illa anima felicissime gau-  
det: quae quidem iure dicitur letitia, quia  
in gratia non solum gaudia, sed omnia,  
Indicavit vel in utero genitricis sanctifica-  
tus Ioannes. Gratiam adventu Redemp-  
toris accepit, & statim exultavit. Quid  
tribulatio, quid persecutio? Cum gratia  
omnino perfectio. Semper gaudendum,  
quippe gratiae comes, gaudium. Quid pe-  
ricula, quid gladius, quid mors, quid vul-  
nera? gaudia: siquidem per mortem cum  
gratia gloria. Mala occurrunt: plane  
gaudium. Vincunt? & etiam vincuntur.  
Omne gaudium exsistimantes, cum in ten-  
tationibus variis incideritis. Afficimur quo-

Seneca

Oth.

Ven.

Aufon.

In quo

eius pie-

nitudo

gratiae

sibi

Amisio

gratiae

men-  
dia.

Psal.

85. 1.

Sine gra-

tia, sum-

ma ani-

ma ino-

pta.

Psal.

50. 143

In gra-

tia gau-

dit cum-

ita.

Nihil

cum illa

timenda

Pecator

sub de-

monis ty-

raunide.

tidie, dicetis, morte. Gaudete & exul-  
tate. Cum gratia nihil timeatis: leve tri-  
bulationis momentum cum illa, aeternum  
pondus operatur in gloria. Hinc omne  
bonum. Sine illa, quid? Omne malum.  
Ponere, Redde mihi letitiam. Dum dicit  
Redde, amiserat: sanè: & letitiam signat  
divinam gratiam, quam amiserat per cul-  
pam; quoniam inter delicias, seu potius  
illecebras voluptatum (gaudium acerbum)  
summo fugiente bono, evanuerat omne  
gaudium. Gaudibundus, felix, locuplex  
vixerat: quid ex tot bonis? calamitas, at-  
que bonorum & charitatum nuditas: si-  
quidem, quo amissa gratia, ab errore de-  
ceptus; cum steculi gloria, ad nihilum est  
reductus.

13. Hinc ille poenitens in oratione dicit:  
Inclina Domine aurem tuam &  
exaudi me; quoniam inops & pauper sum  
ego. Idem, miserè pauperimus. Num-  
quam postquam floruit in regni sella, Da-  
videm afflixit inopia. Non solum habuit  
regnum; sed etiam potius abundantia  
divitiarum. Vallatus cunctis bonis de-  
scribitur à Nathan (2. Reg. 12. à 7. quo  
igitur infortunio se miserum Numini  
enunciat David? Pauper & inops, quem  
bonis cunctis amplexabatur fortuna? Sine  
dubio: aberat: quia dives, divina gratia:  
reflexa erat amicitia, qua gratus Deo;  
unde divitiarum magnitudo. Ab illius  
anima recesserat Deus, verum atque sum-  
mum bonum: & in copia bonorum ac  
regni felicitate se profuerat pauperri-  
mum; quoniam sine Deo, quicquid habet  
evanescit: sine amicitia Numinis, non po-  
tetur, quibus gaudet: somnium delicia-  
rum dormivit, & in manibus boni nihil  
invenit: etenim cum à gratia Dei sit opum  
decus, & bonorum cunctorum sit bonum  
maius, in prosperitate vitae; inter divitias  
inops non habuit divitias gratiae. Quicquid  
opinum, rapuit molimine daemon: de-  
ceptaque anima per veteratoris astus, misit  
manum ad omnia desiderabilia eius; of-  
ferens in adoratione idoli voluptatis, ra-  
dicem anaritudinis. Seductus haec &  
acriora tolerabat, sed delicias falsis infa-  
tuatus nesciebat. Evigilavit, cognovit,  
poenituit, miserumque se dicit, sine ami-  
citia Dei, deliciarum servitute; quia cum  
principatus opibus sub demonis potesta-  
te. Mell. Souf. d. à v. 351. succinit:  
Nullus honor, nulla est humana gloria  
maior.

Quam servare Deo. Teneant ingentia Reges  
Nomina terrenti: tacent & in orbe potentes

Imperium sublime: serant victorica bello  
Signa Duces: longa tumant dititione ty-  
ranni.

Sit nisi mens servire Deo, evanescit inanis  
Gloria, quam rapiet non exorabile fatum.  
Adest ergo gratia Numinis, titulus supre-  
mi honoris: igitur debet dumtaxat glo-  
riari cor, in adoptionem divinam filiorum  
Dei.

14. At quid faciunt filij hominum?  
Deligunt vanitatem, quærunque menda-  
cium, sequentes seipos, amantes se, pere-  
untque caduca, ut pereant. Dicam ex Se-  
neca in Hippolit. à v. 902.

Unde ista venit generis infandi lues?  
Stirpem primam degener sanguis refert.  
Necessè est in adoptionis gratiam, vete-  
rem oblivisci naturam: seu potius pro-  
pter naturæ novitatem, eius relinquere  
conditionem. De aqua Iordanis dicitur  
renovare statas. Verè, qui hauriunt aquas  
de fontibus Salvatoris. In novitatem ergo  
dicitur à Servatore N. Qui vult venire  
post me, ut adeat caelum, abneget semet-  
ipsum Quid sit, Abnegare semetipsum,  
& se sibi, ut ait Doctor Monachorum,  
SS. Benedictus Regul. S. cap. 4. divinus  
sepe; sed nova luce suffragandum aucto-  
ritati. Documentum etiam multorum est,  
ut vita hominum rationalis sit. Vel Esh-  
nici stuant. Senec. ad Polyb. cap. 25.  
Si tibi ipsi renunciaveris, nihil horum que  
facis, posse subducere. In praefat. lib. 3.  
natur. qq. subdit: Innumerabiles sunt, qui  
populos habuerunt sub potestate: paucis-  
simi, qui se. Quid qui student verè divinæ  
legi, dum ita loquuntur sine fide profani?  
Seipsum abnegare, nil aliud est, nisi sui  
non esse. Quomodo ergo sibi non erit,  
qui sui est, & aliter non esset ipse? Quo-  
modo ipse & non ipse, si alius à se non  
ipse poterit esse: Est ne se amare, & odisse,  
sequi & persequi, mori & vivere, esse &  
non esse? Plane: igitur constituitur vita  
hominis per affectus & effectus rationalis  
& irrationalis voluntatis. Constituitur per  
rationem homo: si per pravos affectus  
sopitur ratio; non est quod est. Alius  
concupiscentijs à se sit: diciturque in ipsis,  
quod ipse in ipsis abneget se; ut homo qui  
ex se floret ornatus ratione, sit in esse, cum  
se negaverit, ipse.

15. Gregorius Magnus, in Evangel.  
Homil. 32. Si enim (inquit) nosmetipsos re-  
linquimus; quò ibimus extra nos? Vel quis  
est, qui vadit, si se deseruit? Sed aliud  
sumus per peccatum lapsi; aliud per natu-  
ram conditi: aliud quod fecimus, aliud  
quod

Soula.

Senec.

Math.

16. 24.

S. B. neq.

dic.

Senec.

Quid sit

abnega-

rio sui?

Grego-

rius

Maga.

Homo ipse non ipse ratio vocatione gratie.

Gal. 2. 20.

Novus homo, alter à se.

Manil.

Unde alius, si idem ipse

quod facti sumus. Relinquamus nosmet ipsos quales peccando nos fecimus; & inueniamus nosmetipsos quales per gratiam facti sumus: Tunc enim nosmetipsos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus; cum mutamus, quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimur, quod per novitatem vocamur. Novitas est gratia Dei, qua eius filios facit nos: nolque negamus cum simus homines, relicta voluntatibus pravis; quippe adoptione celesti divinæ gratiæ, in natura hominis sumus diversæ superioris naturæ. Vivo autem iam non ego: dicit Paulus. Sese negavit, etsi perfliteit ipse. Ipse est, & ipse non est. Quæ videtur sui negatio, est vera sui, hominis atque sibi constitutio: etenim veritate deposita, & formatrice gratiæ, filius elucet felicissimè Numinis; qui, ni se negasset, esset filius mulieris. Mirare à Profano signari causam & elevationis formam. Manilius, 4. Astronom. cap. 1. à v. 404.

Pudet tanto bono velle caduca. Luxuria quoque militia est, vigilatque ruinas.

Venter, & ut pereant, suspirant sepe nepotes.

Quid curio dabimus? Quantum est, quod vaneat omne?

Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.

Hac tibi nascentem mores sunt lege notandi.

16. Cominus itaque accedamus Didascalie proposito. Filius mulieris est homo, id est, filius carnis, quod astruit vitij, signans (propter delectabilem concupiscentiam) corruptam, quam sequitur, esse affectibus naturam. Qui eius corruptioni renunciat, ductus ratione atque lege; ipse est homo & non est ipse: igitur cum sui sit, quandiu sui in affectibus non est; ovanter lucratur perfectionis culmen, modo corruptæ naturæ non sequatur corruptionem. Conditio naturæ à femina, repletur multis miserijs: instat delicijs furripere imperium rationis. Negat se, ut ipse sit, qui in his affectibus per Dei gratiam sui non est: negareque congruit, per quod esse hominis esse desinit; ut ubi nulla, superior rutilat ratio: quandoquidem tunc cognoscitur homo, & habere naturam excellentem; ubi naturæ eiusdem corruptæ negaverit conditionem. Alter ipse est. Gratia illustratione fit alter. Patet sui negatio, quia novus homo: igitur uti novus, desines filius esse mulieris, filius Dei fulget per

illustrationem adoptionis. Quid qui debent abnegare se, & toti sunt fusi? Intelligent hæc, qui obliviscimini Deum. Quid ergo erit vobis? Dicit, à quo sententiam non cogitatis. Quid est præcipuum? Erigere animam (subdit Stoicus, ubi dudum in Præfat.) supra minas & promissa fortuna. Nihil dignum putare, quod speres. Quid enim habet dignum, quod concupiscas? Qui à divinorum contemplatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis, quam quorum oculi in densam umbram à claro Sole redire. Timeant ergo huiusmodi umbram, qui oculos suos stiterunt declinare in terram. Contemplantur homines ultra homines esse, qui adrenciaatæ conditione naturæ, ipsi sunt & non ipsi, ratione gratiæ: etenim illa qui de muliere natus, non mulieris, sed Dei adoptione filius. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus. Operamini, ut certam vestram vocationem faciatis. Aliter miserri, imò miserissimi. Plus speratis, quam cupitis. Aneas Silvius libell. de Præv. Mulierib. modulatur:

Difce homo de tenui constructus pulvere, quare

Eddidit in lacem conditione Deus.

DIDASCALIA VI.

Elucet in Christi nativitate studia amoris divini.

OBSERVAVIT Plinij curiositas, referentis bonas margaritas, nullam unquam nasci, quæ cum alia omnimodè gauderet similitudine; tam in candore (qui phyltrum luminum) æqualitate (quæ delectabilis error oculorum) corporis magnitudine (in qua pretiositas) pondere (quod pretiositatis claritas) quam in figura (quæ sanè curiositatis amœnitas) igitur, quia semper inter speciem inventi discernimen, per antiphrasim Latini vocant Unionem. Dos omnis inquit, lib. 9. cap. 35. in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere; haud promptis rebur: in tantum, ut nulli duo reperiantur indisereti: unde nomen Unionum Romana scilicet imposuere delicia. Dalecampius hic: Dotibus haud inventu facilibus, eximijis illis præstantie notis, omnibus in unico unione. Illustris profecto umbra inter naturæ miracula. Numquam huicque visa

Senec.

Miseri, qui reddunt à vocatione.

En. Sil.

In quo dotes unionis?

Plia.

Dilectap.

con-

Senec.

Christo nascentis, que mira perfecta in orbis

Claudia

Maria, dum Christi suum peperit, que discordia conciliavit.

Ovid. 6. Fast. 4. 285.

conformia cum terrenis cælestia. Quando non inæqualia? Unde Seueca, ut diximus etiam de alijs & ex alijs, in Exposit. litter. à n. 10. accinuit: Mortale genus non potest iungi celo. Quando in unum, finitum, & limitatum? Quando gloriæ & lachrymar? Quando tempus & æternitas? Quando mortale & immortalitas? Quando auditum, mutum Verbum? Quando cum frigore ignis, lux sine radijs, Sol sine luce, & radius sine splendore? Uti unicum habebat in sinu Pater cælestis filium, divinum unionem; qui cum alijs haud ullam habebat similitudinem. Verùm extrema distantia, dignatione Numinis miramur in terra nostra: quandoquidem nato Salvatore, humana ex Matre Virgine nativitate; propter nimiam charitatem Patris cælestis, Verbum caro factum, habitavit in nobis, iam enim elucet diversarum naturarum unio; quia inter homines apparuit qui Deus-homo. Postumus, quæ delecta lapsu, naturam nostram appellare felicem, propter Unionem. Claudian. Epigram. 39. appositè modulatur.

Mortalia corda

Artificem texere poli: mundi que repertor Pars fuit humani generis, latuitque sub imo

Pectore, qui totum latè complectitur orbem?

Et qui non spatij terra, non aquoris unda,

Nec capitur celo, parvos consuxit in artus,

Passus corporeâ mundum vestire figurâ,

Affarique palam populos, hominemque fateri.

Hæc effulget gloria honorifica lapsi atque lacentis hominis; & simul honor singularis Virginis. Maternitas conciliat pro prolem auctoritatem. Virginitas pulchritudinis decorem. Hæc itaque margaritæ, oppositis dotibus, nonnumquam vise dilectæ, mutuo sibi adversantes; & ab ipsa generis conditione discordes: iamque patent indisereta, quæ numquam vidit conciliata natura; igitur quæ iusticia peperit Solem; nec habuisset visa similem, nec habituram sequentem; habens simul genitricis honorem, & virginis integerrimæ singularem pulchritudinem.

Effigiem nullam Vesta, nec ignis habet. Iure igitur virgo est; que semina nulla remittit.

Nec capit: sed comites virginittatis amat. Virginitatis habet comites, verum non

Tom. VII. Taut.

virgines matres: etenim illa sola gaudijs matris potita, cum virginitatis honore: quia ex illa filius Dei natus homo sine semine. Quid nostra Tautologia? Homo (ait Iobus) natus de muliere. Aliquid in periodi suppositione innotuit, dum suppositio signatur. Sanè, & res mirabilia, quam desideraverat, sed non viderat orbis, ubi appareret gloria in terra nostra, Deusque in terris facere mirabilia. Haud mirabile, imò naturæ opus, quod homo ex muliere natus. Novum faciet Dominus etga partum, quod miremur ut prodigium. Series naturæ demonstratur in feminæ partu; ut supra naturam, alius scilicet prænotetur ordo: diciturque meditante homo natus de muliere; quippe futurus in mundo, qui nasceretur de virgine. Hæc in mundo, atque genere novitas: matris virginitas, & in virginitate maternitatis claritas. Genitricis dignitatem obtinuit, & virginealem pudicitiam non amisit.

Ius tibi fecisti Numen celeste videntè.

3. At Paulus dicit: Ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium factum ex muliere. Hoc ne cum alijs commune? Nullo modo. Non loquitur de conditione, sed sexu; in quo numquam simul visa pretiositas, virginitas, scilicet & maternitas: Christusque natus dicitur & factus ex muliere; ut in unione utriusque dotis privilegium notaretur singulare: equidem mulieris matris-virginis demonstrabatur gratia, dum Christi corpus factum ex muliere foia. Aliæ sub maledictione partus propter fructum exultantes: Maria verò virgo-mater, benedicta inter mulieres.

Verè novum, & omnium novitatum supereminens novitas virtutum: inquit Hieronym, vel ut alijs placet, Sophron. in Virgin. Assumpt. Virtus virginitatis à se femina habet: maternitatis virtutem à viro recipit: iurèque in his virtutibus, prærogativa Mariæ, novitatum est novitas; quippequam à se emanavit simul virginitas & maternitas, Christus erat filius unicus matris suæ. Diximus in Litter. exposit. à n. 15. & dicemus, Tautolog. 5. D. 1. In nativitate Salvatoris, erat, sed haud nota huiusmodi gratia Matris. Plura illa sciebat, verum pectore servabat. Dicam ex Claudiano, in Laud. Serenæ, à vers. 84.

Longè conitæ, penitusque remotus: Orbi parabat tantis conardecæ fatore.

Omnia nò audeat genitrix tam magna fateri, Successusque suos, arcani conscia voti.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Terem. 31. 22.

Hieron.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Iob. 1. 4.

In orbis uocitas, virginittatis mater, nita.

Ovid. 4.

Galat. 4.

Corpus Christi dum a-xat ex matre.

Terem. 31. 22.

Hieron.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Claudia